

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 9. Dissidia Gallorum ob subtractam obedientiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

§. IX.

Sæcul. XV.
A.C. 1402.*Diffidia Gallorum ob subtractam
obedientiam.*

Dum interea isthæc fierent in Bohemia,
 tota Gallia partim ob subtractam
 Benedicto obedientiam, partim propter
 Avenionensem illius captivitatem jam
 quartum in annum protractam, gravibus
 agitabatur tumultibus. Gallorum enim *Monach.*
 quamplurimi in contraria scindebantur *S. Dionys.*
 studia, nonnullis utrumque palam crimi- *Ursin. hist.*
 nantibns, aliis vero id ipsum approban- *Carol. VI.*
 tibus; quos inter postremos præcipui e-
 rant Bituricensis, & Burgundus Duces,
 & potissima Cleri Gallicani pars, nec
 non Parisiensis Universitatis quam pluri-
 mi. Ex adverso Aurelianensis Dux, Ar-
 ragoniæ Legati, Academia Tolosana,
 complures Clerici, atque ipsius quoque
 Parisiensis Universitatis nonnulli omnem
 suam impendebant operam, auctorita-
 temque, ut Pontifex e carcere liber di-
 mitteretur, & subtracta eidem obedien-
 tia redderetur, Omnes istæ animorum
 dissensiones acerrima inter Principes
 excitabant jurgia, utpote inter quos jam
 ex aliis titulis haud magna adeo vigebat
 concordia. Academia Parisiensis publi-
 ce proclamari jussit, quod quicunque sub-
 tractam obedientiam damnaret, schisma-
 tis

 uam,
 gra-
 præ-
 n Ec-
 ære
 batur
 us, &
 us ha-
 clavo-
 men-
 ndul-
 cœ-
 mun-
 in di-
 i fau-
 erat,
 regno
 rohi-
 indi-
 lexit,
 Wen-
 con-
 o in-
 crile-
 cces-
 ifices
 effu-

. IX.

Sæcul. XV.
A.C. 1402.

tis fautor esset. Ex altera parte, Petrus Rabanus S. Pontii Episcopus, ut Ducus Aurelianensis, & Arragonensium Legatorum gratiam aucuparetur, palam profitebatur, pessime actum fuisse, quod Pontifex carceri datus esset, addens, si Benedictus fatis cederet, præsentes Cardinales alium Pontificem eligendi jus amisisse, eoquod proprium suum Dominum in carcerem detrudentes, criminis læsæ Majestatis se reos fecissent. Plebs quoque, prout semper affolet, ad plurimum, & potentiorum partes accessit.

Igitur Rex Galliæ animos circa subtractæ obedientiæ articulum tantopere divisos comperiens, Præfulum, regnique Procerum coegit comitia, in quibus tandem maturiore deliberatione totum dcideretur negotium. Aurelianensis Dux Papam pristinæ libertati restituendum omni contentione postulabat, quinimo se velle propria sua manu liberare Pontificem, Bituricum Duce, ipsoque Rege præsentibus jactitabat, quem propterea Bituricensis durioribus verbis excepit, & juncto cum fratre suo Burgundiæ Duce consilio excubitorum stationes duplicato præsidio firmari jussit, ut eo arctius omne epistolarum commercium, & cujuscunque hominis alloquium Benedicto intercluderetur.

§. X.